

CENSURA REGII, ERUDITISSIMIQUE D. D. ILDEPHONSI MARQUEZ
de Prado, in Regio patrimonii Regalis Senatu præstantissimi Consilarii.

EX COMMISSIONE SUPREMI CASTELLÆ SENATUS.

RUSSU Regii, ac Supremi Senatus Castellæ perlegi *Additiones, & Notas ad librum primum variarum Resolutionum Illustriss. D. D. Didaci Covarruvias*, editas à Licentiato D. Didaco Ybañez de Faria, utriusque juris Professore, atque Senatus ejusdem Regii Advocato: in quo opere doctæ, ac practicæ omnibus ferè in utriusque jure versantibus utiles continentur quæstiones. In eo nihil Catholicæ fidei, ac bonis moribus contrarium inveni, proinde prælo mandari posse, censeo. Matriti die 29. Junii, anno 1658.

Licent. D. ALONSO MARQUEZ DE PRADO.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOs el Licenciado Don Alonso de las Ribas y Valdès, Visitador general desta Villa de Madrid; y Vicario della: y su partido. Por lo que a Nos toca damos licencia para que se pueda imprimir, è imprima un libro intitulado, *Additiones, Enucleationes, & Nota ad librum primum variarum D. Covarruvias*, compuesto por el Licenciado Don Diego Ybañez de Faria, attento consta no ay en el cosa contra nuestra fante Fè, y buenas costumbres. Dada en Madrid a 4. dias del mes de Mayo de 1658.

Licenciado Ribas.

Por su mandado, JUAN BAPTISTA SAENZ BRAVO.

CENSURA D. JOANNIS PACHECO EXIMII, AC PRIMARII
causarum Patroni apud Suprema Tribunalia in Curia Catholicæ Majestatis.

EX COMMISSIONE SUPREMI CASTELLÆ SENATUS.

REGII, Supremique Senatus jussu legi, & evolui, *Additiones, sive Enucleationes ad lib. 2. Variar. D. Præs. Covar. à D. Didaco Ybañez de Faria*, causarum Patrono elaboratas. Opus sanè laboriosum agnovi, plurima accuratè, ingeniosè, & abundanter tractata inveni, & quæ Authoris diligentiam, & doctrinam, juris legumque peritiam demonstrant. Nihil in eis reperitur Catholicæ Fidei, vel bonis moribus contrarium, ideo prælo, & studiosorum oculis dignum judico, ac censeo. Matriti die 17. mensis Martii, anno Domini 1660.

Licom. D. JOANNES PACHECO.

LICENCIA DEL ORDINARIO.

NOS el Licenciado Don Alonso de las Ribas y Valdès, Vicario desta villa de Madrid, y su partido, &c. Por lo que a Nos toca, damos licencia para que se pueda imprimir y vender un libro intitulado, *Addiciones al libro segundo del señor Don Diego de Covarruvias*, compuesto por el Licenciado Don Diego Ybañez de Faria, attento que de la censura del Licenciado Don Francisco de la Puente Agüero, Colegial mayor del Colegio del Arçobispo en la Universidad de Salamanca, a quien lo remitimos, consta no tiene cosa contra nuestra santa Fè, y buenas costumbres.

D. DIDACI



D. DIDACI YBAÑEZ
DE FARIA,
ADDITIONES
ET
OBSERVATIONES
AD LIBROS
D. COVARRUVIAS
VARIARUM RESOLUTIONUM.

AD CAPUT I.

An ex Actis, vel secundum propriam conscientiam Judex debeat judicare.

SUMMARIUM.



- A**N judex possit, ac debeat secundum allegata, & probata, contra veritatem sibi privatim cognitam judicare; qui disputant.
1. Exerccens actum licitum cum conscientia erronea, putans peccaminosum esse, sit peccari reus.
 2. Operans cum conscientia dubia peccat licet actio ex se licita sit.
 3. Peccans ex conscientia erronea, tale peccatum committit, quale ipse existimat.
 4. Ignorantia juris, vel facti, justa, sive invincibilis, excusat à peccato.
 5. Quæ sit invincibilis ignorantia.
 6. Ignorantia vincibilis, licet non excuset à culpa, minuit malitiam ejus.
 7. Ignorantia affectata non relevat, sed auget delictum.
 8. Violare juramentum promissorium de re levi, solum est venialis culpa.
 9. Judicem non posse contra propriam conscientiam judicare, qui doceant? remissive. Limitatur, si scientia ex confessione Sacramentali habeatur.
 10. Textus in l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Faria addit. ad Covar. Tom. I.

- Præsid. ad præmissam quæstionem non conducit.
12. Index potest, ac debet, ex actis, etiam adversum propriam privatam conscientiam judicare.
 13. Judex sentiens speculative, non licere contra propriam conscientiam judicare, poterit, ea sua opinione deposita, oppositam praticare.
 14. Distinctionem inter civiles causas, & criminales, quod judicandum contra conscientiam, qui admittunt.
 15. Respublica jus habet vindicandi in convictum de delicto, quamvis verè innocens sit.
 16. Judici non creditur in alterius præjudicium, etiam super causa, de qua cognoscit.
 17. Senatus Principis Supremus posse secundum propriam conscientiam adversus acta judicare, qui sentiunt?
 18. Debent secundum acta judicare.
 19. Princeps superiorem non recognoscens potest juxta propriam conscientiam judicare.
 20. Et adhibere fidem actori fide digno & probato, non probanti, adversus reum vilem & infamem.
 21. Non tenetur servare juris ordinem.
 22. Prelatus regularis de causis Religiosorum secundum propriam conscientiam judicat.
 23. Episcopus ex actis debet judicare.
 24. Arbitrator secundum propriam conscientiam decidit.
 25. Quando liceat Judici secundum propriam conscientiam judicare? remissive.
 26. Reus est absolvendus, ut acta deposcant, non obstante privata judicantis scientia.
 27. Accusatore non probante quomodo reus debeat absolvi.
 28. Actore non probante, quomodo reus absolvendus

- 29 L. 1. tit. 4. lib. 4. Recopilat. in usu non est apud Suprema Tribunalia.
- 30 Sententia, quæ ex actis justificari nequit, est nulla.
- 31 Ab animo, & arbitrio iudicis pendet fides, quæ testibus debet adhiberi.
- 32 In illis, quæ ab animo iudicis pendunt, ejus assertioni standum est.
- 33 Valet sententia lata ex confessione facta Judici, ut tali, licet de ea in actis non constet, cum potest sine scriptis procedere.
- 34 Exhibitio instrumenti facta Judici, quod, vel tenor ejus non reperitur in actis, nullius est momenti.
- 35 Productio instrumenti quotuplex.
- 36 Sententia prolata ex instrumento verbaliter producta non tenet.
- 37 Judex, qui certò scit esse innocentem, quem ex actis constat deliquisse, lege charitatis astringitur omnia adhibere media, ut liberetur, modo valde nociva sibi non sint.
- 38 Non tenetur cedere magistratui.
- 39 Debet causam ad superiorem remittere, si hoc innocenti speret profuturum.
- 40 Et similiter sibi de causa non liquere absque mendacio pronuntiare.
- 41 Exequutor non potest tuta conscientia sententiam notoriè injustam, aut errorem intolerabilem continentem, executioni mandare.
- 42 Tenetur exequi sententiam aliàs injustam, nisi commode se valeat excusare.
- 43 Judex secularis ab Ecclesiastico requisitus, ut sententiam in causa merè Ecclesiastica exequatur, parere debet, etsi eam ipse cognoscat injustam, si commode se nequit excusare.
- 44 Judex in aliis causis non debet exequi sententiam ab alio latam, nisi de illius justitia sibi constet.
- 45 Judex requisitus, ut sententiam alterius, justam ex actis, in eum, quem ipse privatim certò scit esse innocentem, exequatur, annuere compellitur, nisi absque incommodo possit abstinere.

Utrum Judex possit, ac debeat secundum allegata, & probata judicare contra veritatem, quam aliunde certò cognoscit? fuscè tractant Pat. Sanch. *consil. Moral. lib. 6. cap. 1. dub. 17. Gutier. Canoniar. quest. lib. 2. cap. 29. Lugo de just. & jur. tom. 2. d. 37. sect. 4. Joan. Oroscrin. l. illicitas, §. veritas, ff. de offic. Præs. Lucas de Penna in l. 2. à num. 16. C. de tabular. lib. 10. Morla in *emporio jur. tit. 2. quest. 1. Menchac. controversiar. illustr. libr. 1. cap. 14. Mascard. de probat. tom. 2. conclus. 950. Nevizan. in sylva nupt. lib. 5. num. 121. Scaccia in tract. de re judic. glos. 14. quest. 8. Tusch. practicar. conclus. tom. 4. lit. 1. conclus. 398. Lessi. de just. & jur. lib. 2. cap. 29. dubit. 10.**

Ad Num. 1.

2 Exercens actum licitum cum conscientia erronea, putans peccaminosum esse, peccati reus fit, nam cum intellectus proponat obligationem præcepti, illud tenemur observare: Azor. *inst. moral. par. 1. lib. 2. cap. 8. q. 3. Navar. in cap. si quis autem, num. 84. de penit. disp. 7. Barbof. in collectam ad cap. fin. num. 2. in fin. de præscript. Sanchez in præcept. Decalog. lib. 1. cap. 11. num. 2. Pellizzari. in manuali Regularium, tom. 1. tract. 5. cap. 3. num. 49. Gutier. sup. num. 6. Filliuci. tract. 21. cap. 4. Conscientia autem in præsentia accipitur pro practico, & actuali iudicio mentis de actis, vel agendis, discernentis inter bonum & malum, præceptum aut prohibitum: Lugo, cum multis in *princip. moral. in prologo, num. 1.**

& definitur à Baldo in *auth. ad hæc, vers. Sed si dubitetur, C. de usur. ut sit Sensus animæ cognoscentis bonum, & malum; quam definitionem, & alias refert Menoch. de arbitr. lib. 1. q. 8. num. 41.*

Idem dicendum est de eo, qui cum conscientia operatur, quia agens, quod dubitat an sit prohibitum? se exponit periculo peccandi; Gutier. *supra lib. 1. cap. 32. n. 40. Sanch. de matrim. lib. 2. disp. 41. Bonacin. de peccat. disp. 2. quest. 4. punct. 7. Barbof. dict. num. 2. D. Covar. de matrim. part. 2. cap. 7. §. 2. num. 8. Ad quod dubium esse debet practice practicum, quod contingit, cum operatur, hic, & nunc, ambigit, num peccet operando, vel omittendo? nec sufficit speculativè dubitare, si practice dubium non sit: quod explicant Lugo *ubi proxime, part. 1. cap. 2. in princip. numer. 2. Sanch. in Decalog. d. lib. 1. cap. 9. num. 3. Layman. lib. 1. tract. 1. cap. 5. num. 2.**

Qui cum conscientia erronea operatur, tale peccatum admittit, quale se committere falso existimat; quoniam ex conscientia errantè dictamine actus malitia desumitur; Lug. *d. par. 1. capit. 1. quest. 2. num. 13. Pat. Vazquez. 1. 2. disp. 59. cap. 3. Cajetan. in summ. verbo, conscientia. Sed si non distinguit speciem peccati, sed in confuso advertat, se peccaminosum actum exercere, peccatum hoc pertinet ad generale præceptum fugiendi mali, bonique sectandi; Azor. *supra quest. 6. Sanch. d. cap. 11. num. 17. Lug. d. quest. 2. num. 12. Ubi autem conscientia erronea proponit malitiam actus, non determinans, an sit lethalis, vel venialis culpa? dubium est, quod peccatum fiat: de quo Lugo num. 15. & contrarias Theologorum sententias rectè conciliat Pellizzari. d. cap. 3. num. 50. afferens, quod si homo sit conscientie timorata, ita ut si occurreret, mortalem culpam se committere, ab ea abstineret, solum veniale peccatum admittet; quod si pravus fuerit, ita ut licet adverteret se lethalter delinquere, non ideo desisteret ab actu, quem putabat illicitum, mortalis culpæ reus fiet. Hæc & de conscientia dubia debent intelligi.**

Ibi: Quamvis quandoque ignorantia valeat à culpa excusare.

Facti, vel juris ignorantia justa, probabilis, five invincibilis, penitus excusat à peccato; D. Thom. 1. 2. q. 76. art. 3. Sanch. *d. lib. 1. cap. 16. num. 9. D. Covar. in cap. alma mater. par. 1. §. 10. num. 12. 13. de sentent. excomm. in 6. Layman. d. lib. 1. tract. 2. cap. 4. num. 6. Bonacin. d. disput. 2. quest. 8. punct. 3. num. 12. Gutier. de matrim. cap. 49. num. 5. vers. Ignorantia autem Ignorantia invincibilis in eo datur, cui nulla malitia, vel negligentia potest imputari, quia in sua potestate non fuit, cognitionem habere ejus, quod ignorat, cum de ipso nulla sibi occurreret cogitatio, vel si cum cogitaret, debitam adhibendo diligentiam, nequivit indagare veritatem: Lugo *ubi proxime, par. 2. cap. 4. num. 4. Barbof. in collectam ad cap. ignorantia, num. 7. de reg. jur. in 6. Gutier. d. vers. Ignorantia autem.**

Vincibilis verò ignorantia, quæ culpabilis, & improbabilis nuncupatur, à peccato non excusat, Gutier. *sup. vers. Supina autem ignorantia; quod omnes fatentur. Tamen licet supina, vel crassa sit, aliquantulum minuit malitiam actus; D. Thom. d. quest. 76. art. 3. 4. Layman. d. cap. 4. num. 9. Ludovic. Lop. part. 1. sui instructor. conscientia, cap. 136. p. 297. col. 2. Sanch. *ubi proxime, cap. 17. num. 1. Lug. d. cap. 4. num. 13. Imò aliquando à mortali valet excusare, nempe cum ob levissimam culpam in quaerenda veritate, eam non fuit affectus**

quatus, ignorans, Sanch. *d. cap. 17. num. 17. Bonacin. d. punct. 3. num. 21. Lug. cum aliis, d. cap. 4. q. 8. num. 1.*

8 Est & alia ignorantia, quæ affectata dicitur, cum quis studiose vult ignorare veritatem, ut sine conscientia morsu liberius delinquat, de qua Pfalm. 35. *ibi: Noluit intelligere, ut bene ageret. Lugo ubi proxime, num. 6. Gall. observat. lib. 2. observat. 48. num. 18. Mascard. concl. 879. num. 33. Hæc peccatum non minuit, sed aget; Tiraquel. de pœn. temper. cap. 13. num. 22. Medices de casib. fortuit. p. 1. quest. 5. num. 10. Barbof. in axiom. jur. axiom. 112. num. 1. Sforcia Odd. de in integr. restit. p. 1. quest. 8. n. 57. 58. Gutier. *sup. vers. Affectata ignorantia, Lud. Lop. ubi proxime, Veg. lib. 5. cas. 256.**

Ad Num. 2.

De hoc dicendum est opportunius, *infr. cap. 2. num. 2. cum. seqq.*

Ibi: Nam quod de juramento.

9 Licet probabilissima sit Cajetani opinio, quam D. Covar. probat in præsentia, nihilominus non est minus probabile, violantem juramentum promissorium de re parva solum venialiter peccare, Ita docent cum Sylvest. Pat. Suar. *de relig. tomo 2. lib. 3. cap. 16. à num. 9. Azor. lib. 5. cap. 27. quest. 2. Fagund. in 2. Decalog. præcept. lib. 2. cap. 6. num. 29. Sà verbo. Juramentum, num. 7. Sot. de just. & jur. lib. 8. quest. 1. art. 7. & quest. 2. art. 3. Sanch. in præcept. Decal. lib. 3. cap. 4. numer. 23. ubi plures.*

Ad Num. 3.

10 Judici neque in civilibus, neque in criminalibus causis secundum acta judicare licere, cum sibi aliàs de contraria veritate manifestè constat, defendunt Laudati à Gutier. *d. cap. 29. num. 2. Dian. d. resol. 22. à Morla, d. qu. 2. num. 14. vers. Ex prædictis, & à Sanch. d. dub. 17. n. 2. Sed hæc opinio omnino debet excludi, si ea cognitio veritatis proveniat ex confessione Sacramentali, nam ob arctissimum Sacramenti pœnitentiæ sigillum, nullomodo illa uti permittitur, ne confessionis revelandæ periculum detur; Lug. *de just. & jur. d. disp. 37. num. 47. ubi exemplum affert, Imò absolute contraria est tenenda, de qua infr. num. 12.**

Verf. Ex opposito notandum.

11 Nihil ad hanc quaestionem conducere videtur Ulpian. *in d. §. veritas, ubi solum agitur de veritate, vel errore contingente in actis ipsis, non de privata scientia indicantis, ut patet: Pinel. in l. 2. p. 3. cap. 3. n. 32. C. de resc. vendit.*

Ad Num. 6.

Ibi: His agitur rationibus ipse opinor.

12 Sententia hæc, ut Judex possit, ac debeat secundum allegata, & probata in omnibus causis judicare, etiam adversus veritatem sibi privatim cognitam, communior est, ac tenenda, cum Azevel. *in l. 10. num. 130. tit. 17. lib. 4. Recep. Pacian. de probat. lib. 1. cap. 4. num. 7. ubi plures, Bernard. Diaz. reg. 377. Menoch. d. lib. 1. quest. 24. n. 3. D. Larr. allegat. 48. num. 7. Jacob. de Belvisio in prax. crim. in rubr. num. 172. vers. Sed nunquid jufaria addit. ad Covar. Tom. 1.*

dex. Matienç. *in dialog. relat. p. 3. cap. 4. num. 1. Tusch. d. concl. 398. n. 1. Guttier. d. capit. 29. à num. 4. Afflic. in cap. in quaestionibus, num. 16. vers. Decimo noto, lib. 1. constitut. Reg. Jul. Clar. in prax. crim. §. fin. quest. 66. num. 2. Borrell. in summ. decis. tit. 42. de judic. num. 68. Idem etiam probant communiter Theologi, Sanch. *d. dub. 17. à num. 7. ubi alii Tanner. tom. 3. disp. 4. quest. 4. dub. 2. num. 51. Sayr. in clavi Reg. lib. 12. cap. 8. num. 13. Dian. d. resol. 22. in fin. apud quem Bañez, Aragon, Stroverdorf. & Salon. Vivian. in prax. jur. patron. lib. 13. cap. 8. n. 182.**

Verf. Non obstant, quæ in prioris sententiæ confirmationem.

Imò nec faciet contra conscientiam, qui sentiens 13 speculativè, non posse judicem contra veritatem sibi privatim cognitam judicare convictum ex actis, hac sua opinione postposita, damnaverit, quem innocentem ipse certò scit aliorum probabilem sententiam sequutus; nam cum hoc licitum sit, Pellizzari *t. 1. tract. 4. cap. 4. num. 49. Pat. Vazq. 1. 2. disp. 62. n. 4. Azor. lib. 2. cap. 17. quest. 7. Pat. Sanch. d. lib. 1. in Decalog. cap. 9. num. 15. Joan. Sanch. disp. 14. num. 8. & disp. 41. num. 7. Lug. d. p. 1. cap. 3. quest. 2. num. 34. Qui id sciens facit, etsi contra propriam sententiam judicet, adversus conscientiam non operatur, Lug. num. 36.*

Ad Num. 7.

Verf. Secundum etiam in criminalibus.

Distinctionem inter causas civiles, & criminales 14 admittunt, Lessi. *de just. & jur. lib. 2. cap. 29. dub. 10. num. 84. ubi expressum D. Covar. reprobat. Per. Navar. de restit. l. 2. c. 3. n. 160. cum seqq. Adrian. in quolibet q. 6. art. 3. Lug. de just. & jur. d. disp. 57. sect. 4. & alii ex Theologis recentioribus, qui existimant judici scienti, etiam privato, innocentia convicti, nullo modo licere eum ad mortem, vel mutilationem condemnare; posse tamen in causa pecuniaria cujuscumque quantitatis sequi actorum probationes, damnando juxta eas quem certo cognoscit nihil debere; quorum potissimum est fundamentum, quia Respublica potest, ut servetur juris ordo, ob publicam utilitatem de bonis civium disponere, non sic de eorum vita, aut corpore; unde licite uni bona auferuntur contra justitiam, & alteri adjudicantur, sed innocentem occidere nefas erit.*

Cui rationi potest satisfieri, asserendo, quod 15 etsi Respublica privatorum in bona magis liberam potestatem, quam in vitam, vel personas obtineat, in casu, de quo agimus, sicut potest juste bona adimere ita & mortis pœnam, vel aliam corporalem imponere, ex eo enim, quod quis reus criminis legitimis probationibus vincitur, tamen, si factum sit, idem scandalum, ac offensam illa patitur, ac si verum esset: quapropter ei jus quaeritur in convictum ad sumendum vindictam secundum delicti qualitatem, Judexque, qui ut minister justitiæ debet jus suum unicuique reddere, astringitur offensæ reipublicæ satisfacere, damnando illum, quem deliquisse ex actis publicè constat; neque ejus privata scientia, qua cognoscit innocentiam damnandi, jus vindicandi tollere potest, cum legitime notorium eam facere non valeat, si quidem Judici de ea deponenti credendum non est in reipublica præjudicium: Menoch. *de arbitr. l. 2. cas. 187. n. 32. Mascard. in proem. concl. 1. n. 6. Pacian. sup. lib. 1. cap. 48. n. 20. Vivian. in prax. jur. patr. decis. 14. n. 5.*